DE RATIO NE DICENDI LI- BRI DVO PER ALFONSVM

Garſiam Matamorum Hiſpalen- ſem, artis Rhetoricæ profeſſo- rem in Complutenſi academia.



Quibus acceſſere ſingulorum generum orationes ab eodem authore æditæ.

num. 27. cax. 9. num. 13.

AD PER MAGNIFI CVM VIRVM FREDENANDVM

Bariouerum inſignis Diui ille ſonſi collegij Rectorem, ac præſtātiſsimos collegas complutenſis ſcholæ moderatores, Alfonſi Garſiæ Matamori Hiſpalenſis, epiſtola nuncuprtoria.

FREQVENter a me efflagitaſtis Rector permagnifice, Collegę virtute, & nomine ſapiētiæ præſtantiſsimi, vt quæ de artificio dicendi in florentiſsimo Cōpluti collegio iam per annos ſeptem publice alios docuiſſem, poſteritati, & gloriæ inſeruiens, literis mandarem. Huic ego petitioni, ſiue imperio veſtro fateor me diu fuiſſe vehementer reluctatum, ꝙ didicerim equidem a diuino Platone, beatū eum eſſe hominem, cui etiā in ſenectute contigerit; vt

BENEDICTI ARII MONTANI HISPALENSIS in commendationem authoris Epigramma.

Fœcundo nuper Matamorus fonte fluebat,
  Dum culto iuuenes imbuit eloquio,
Atq; e ſaxoſo dum ſalcifer Henarus amne
  Hunc audit: læta fronte ſuperbus erat.
Non tulit ipſe pater Bætis, qui miſerat illum,
  Priuariq; ſuo munere ſedoluit.
Nunc vbi tam cultum Matamori cura libellum
  Edit, & hunc patrio dedicat ille deo.
Iam gaudet noſter meliori munere Bætis,
  Et fruitur, culto iam magis, officio.
Nam quæ vix multis perceperat Henarus annis,
  Exiguo Bætis tempore percipiet.
Nec gaudere volet ſolus, (nam Bætis auarus.
  Non eſt) ſed largas porriget ille manus.
Gentibus hic latijs hæc lætus munera mittet.
  Gaudebit docto gallica terra librō.
Tam paruū audebit (dices mihi) mittere munus?
  At iuuat & magnis Bætis, & exiguis.
Veloces dum mittit equos: ſolet ille iuuare,
  Dumq; oleas mittit, non minus ille iuuat.

PRAEFATIO AD lectorem,

CVM EX alijs tum ex meipſo ſępiſſime comperi candide lector, omnes homines natos eſſe ad agendū, qui ſi optime nati, inſtitutiq; ſint, eſſe omnino nolint in vita, ſi gerendis negotijs orbati, poſſint paratiſſimis vti voluptatibus. Nam aut priuatim (vt princeps ille eloquentię refert Marcus Tullius) aliquid gerere malūt, aut qui altiore animo ſunt, capeſſunt Rēp. honoribus, imperijſq; adipiſcendis, aut totos ſe ad ſtudia doctrinæ conferunt, qua in vita tantum abeſt, vt voluptates conſectentur, vt etiam curas, ſollicitudines, vigilias perferant, optimaq; parte hominis, quę in nobis diuina ducenda eſt, ingenij & mentis acie fruuntur, nec voluptatem re-

QVID SIT RHETOrica, & de eius cum Dialectica conuenientia.

Caput. j.

RHETORIca eſt ſcientia bene dicendi, quæ naturæ ipſi, a qua primū eloquentia nata eſſe dicitur, ratione pręceptorum moderatur, dum fuſas illas, & vagas ſentencias, quasuis ingenij, vbertaſq; naturę fundūt, recta intelligentia, & definita moderatione animi gubernat, limat, & corrigit. Vt enim initium natura dedit, ita incrementum exercitatio attulit, & ſummā deniq; ars ipſa impoſuit. Res enim omnium eſt difficillima, non ars quidem ſolum, quæ paucis eſt aſtricta pręceptis, ſed illa potiꝰ, quę ex arte ab omnibus petitur eloquentia. Quibus enim ex quinq; rebus conſtare dicitur, earū vna quæq; eſt ipſa magna

Excudebat Compluti Ioãnes Brocarius id que viſum approbatumq; conſilio & mandato admodum Reuerendi domini licentiati Franciſci martinez in Toletana metropoli Vicarij moderatoris Anno chriſtiane ſalutis Quingenteſimo quadrageſimo octauo ſupra Milleſimum menſe octobri,

ME CER
GITI TAN
LE TI
I. B.